




MIRABILIS LACUS MINERARUM  
DE DENDRO

AVCTORE SVBTEO BIVIO  
SIC

FRIDERICI HOFFMANNI

IOHANNES ADAMVS PHILIPVS  
HOFMANNVS







960  
D. CAROLI GOTTLIEB KNORRII  
ICTI  
POTENTISSIMO PRUSSIAE REGI A CONSILIIIS INTIMIS,  
REGIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS ET  
FACULTATIS IVRIDICAE 1795  
ORDINARII 216  
DISSERTATIO  
DE  
ALIMENTIS  
A MATRE  
LIBERIS PRAESTANDIS.



---

HALAE SALICAE  
RECUSA IMPENSIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI  
C1D1OCCLVI.

(6)









DISSERTATIO  
DE  
ALIMENTIS A MATRE  
LIBERIS PRAESTANDIS.

---

CAPVT I.  
DE  
ALIMENTIS A MATRE LIBERIS  
PRAESTANDIS SECVNDVM  
IVS ROMANVM.

§. I.



o ipso quod parentes ineunt matrimo-  
nium ad generandum semet obligant  
et simul ad liberos, quos susceperunt,  
ita formandos, vt vtilia euadant socie-  
tati humanae membra. THOMASIVS  
Fund. iur. Nat. et Gent. L. III. c. 4. §. 1. 2. HAHN  
Dissert. de Aliment. th. 6. GROTIUS de Iure Belli et  
Pacis L. II. c. 7. n. 4. Qua etiam de causa Deus te-  
nerri-

Parentes eo  
ipso quod in-  
eunt matri-  
monium,  
se ad edu-  
candos libe-  
ros obligant.



nerrimum erga illos is in seuit amorem, qui non solum in hominibus, sed et in brutis conspicitur. Vid. COLERVS *de aliment. L. I. c. 2. n. 9.* Fecit haec ratio, vt his quasi rationem adscriberent philosophi stoicorum sapientiae innutriti; quos secutus est VLPPIANVS *l. 1. §. 3. de Iust. et Iur.* vbi: *Ius naturale est, inquit, quod NATVRA OMNIA ANIMALIA docuit. Nam IUS ISTVD non humani generis proprium, sed OMNIVM ANIMALIVM, quae in terra, quae in mari nascuntur, cuius quoque commune est. Hinc descendit maris atque foemina CONIUNCTO, quam nos MATRIMONIVM appellamus: hinc liberorum PROCREATIO, hinc EDUCATIO. Videmus etenim caetera quoque animalia, feras etiam istius IURIS PERITIA censerit.* Neque adeo culpandus est TRIBONIANVS, quod VLPPIANI verba inseruerit Institutionibus. Nam τα παρὰ φύσιν principia naturalia, cunctorum animantium communia, vocarunt ius naturae, quod autem a ratione pendet hominibusque proprium est, ius gentium. Hinc idem VLPPIANVS *cit. l. 1. §. 4.* IUS GENTIVM est, inquit, QVO GENTES HVMANAE vtuntur: *Quod a naturali recedere, facile intelligere licet: quia illud OMNIBVS ANIMALIBVS, hoc SOLIS HOMINIBVS inter se commune sit.* Vid. MAESTERT. *de Iustit. Roman. Leg. L. I. Dubit. 18.* HVBERVS *Digression. L. I. C. XI GVNDLINGIVS in Gundlingianis P. XVI. obs. 3.*

## §. II.

Interim tamen internam saltem adesse obligationem, vt parentes liberis prospiciant eorumque curam agant sollicitè, facile animaduertimus. Quod si igitur hanc

Non in statu  
libertatis, bene  
vero ciuitatis cogi  
possunt pa-



hanc negligunt, alios non laedunt, non turbant pacem publicam, suum relinquunt cuius, adeoque etiam nemini propterea iusta competit belli causa. Sed diuersa ratio est in statu ciuitatis. Qui enim in eo viuunt, iis lex ciuilis imposuit necessitatem, vt educant liberos illisque praebeant alimenta, quae si negligitur, vigore publicae disciplinae vindicatur, idque ideo, ne onus eos alendi in alios deuoluatur.

THOMASIVS *Fund. Iur. Nat. et Gent. L. III. c. 4. §. 3.* Quum itaque parentum exigat officium, liberorum curam agere, facile etiam est ad intelligendum, prorsus a ratione esse aliena earum gentium instituta, quae permittunt parentibus, vel abigere partum, vel eum necare, aut exponere. Quae tamen omnia, sicut aliis populis; ita Romanis etiam fuisse permissa, produnt antiquitatum monumenta. Qui enim abigit, necat, exponit partum, is eum non educat indeque officio, quod ei imposuit lex naturae, non satisfacit.

rentes, vt alant liberos.

Peccarunt gentes, quae abortum procurare, vel exponere partum permiserunt.

§. III.

Quod autem abortus procuracionem attinet, eam ideo fuisse licitam, quia partus nondum editus etiam non erat homo, sed tantum spes hominis atque portio viscerum et pars ventris, discimus ex *l. 1. §. 1. de ventre inspic. et l. 9. §. 1. ad Leg. Falcid.* NOODT. in *Iulio Paulo c. 1.* BYNCKERSHOECK *de iure occidendi liberos c. VII.* Imo nihil fuit frequentius, quam vt mulieres partus abigerent. Vnde canit OVIDIVS *de nuce v. 23.*

Quare id permiserint Romani, indagatur.



6 CAP. I. DE ALIMENT. A MATRE LIBERIS

*Nunc VTERVM VITIAT, quae vult formosa videri:  
Raraque in hoc aevo est, quae velit esse parens.*

*Conf. IUVENALIS Satyr. VI. v. 591. seq. quosque plures adducit NOODT Iulio Paulo cap. vlt. vid. infra*

Exponitur,  
cur adeo la-  
xam accepe-  
rint patres in  
liberos pote-  
statem.

§. XI. Deinde etiam ex Romuli legibus licuisse patribus necare et exponere liberos, abunde testatur DIONYSIVS HALICARNASSEVS L. II. *Romanorum legislator*, inquit, *omnigenam potestatem patri dedit in filium, et quidem toto vitae tempore, siue eum exponere* (sic enim BYNCKERSHOECKIVS <sup>ἐξέγειν</sup> vertit) *siue flagris caedere, siue vinculum ablegare ad rusticum opus siue necare libuerit. Quamquam igitur potestas parentum in liberos iuri naturae debeat originem, et ex officio educationis, quod iis incumbit, deducatur; tamen a iure civili certam accepit formam* (1) atque hoc

(1) Equidem VLPIANVS l. 8. *de his qui sui vel alieni iuris sunt* patriam potestatem moribus esse receptam dicit; sed non infrequens esse ICTIS leges appellare mores, plenius docuit NOODT L. I. *Probab. c. 12. n. 3.* Scilicet exoleuerunt leges regiae post eiectum Tarquinium Superbum l. 2. §. 3. *de Orig. Iur.* Non vero tam ipsas leges regias, quam potius earum auctoritatem odio regum exoleuisse praecclare obseruat BYNCKERSHOECK in *Praeterm. p. 18.* Cum igitur leges regias teste LIVIO L. VI. c. 1. cum XII. Tabul. iterum conquiesuerint decemviri, factum, ut illud ius in eas reciperetur, non tam ut lex regia, sed tanquam mos verus. Vnde non mirum PAPINIANVM apud AVCTOR. *Collat. Legum Mosaic. tit. IV. §. 8.* dixisse, *patri legem regiam vitae nazisque potestatem dedisse.* Cum enim naturalem in liberos amorem patribus infuerit rerum omnium arbiter, nihil sane ea potestas periculi habere vide-



hoc sensu accipiendus est IVSTINIANVS dum §. 2. I. de Patr. Potest. dicit: *Ius potestatis, quod in liberos habemus, proprium est Civium Romanorum. Nulli enim alii sunt homines, qui TALEM in liberos habent potestatem, QVALEM NOS habemus.* Sed quare potestatem adeo laxam nullisque fere limitibus circumscriptam patribus in liberos concessit Romulus? Instituit Asylum, ad quod, cum viri ex variis gentibus oriundi confluerent, quorum diversi in regendis liberis mores et diversa in iisdem educandis ratio, cuius potius patri infinitam concessit potestatem, ita, ut possent etiam de ipsorum vita decernere. Quum enim omnino magistratu indigere viderentur liberi, nemini ob naturalem erga eos amorem potiori iure animaduertendi in eos propter admitta crimina quam patri concedendam fuisse potestatem existimavit Romanorum legislator. SENECA de Benef. L. III. c. II. NOODT ad Digest. p. 36. Quod igitur iudici competit in poena decernenda, id similiter patribus mandatum, ne contra delicti rationem auderent quicquam et vel plus ac iustum est, vel minus redderent. SCHVBARTVS l. c. p. 60. THOMASIVS de Vsu Pact. Tit. Inst. de his qui sui vel. alien. iur. sunt. c. 1. §. 15. seq. IDEM Diss. de Patr. potest. §. 17. Quae cum ita sint, minus recte nonnulli reprehendunt Romulum, quod adeo laxam dederit patribus in liberos potestatem.

## §. IV.

videbatur. vid. PITOEVS atque SCHVLTINGIVS in Iurisp. Anteiustinian. p. 794. n. 48. SCHVBARTVS de Fatis Iurisprud. Rom. Exerc. I. §. 27.



## §. IV.

Ius vitae et  
necis non pa-  
tri vt patri,  
fed vt magi-  
stratui com-  
petebat.

Facile igitur constat, patri hanc potestatem non tam vt patri, quam potius vt magistratui competiisse<sup>(2)</sup>. Vnde etiam domesticus iudex et magistratus apud SENECAM *Controu. L. II. c. 3.* et de *Benef. L. III. c. II.* Censor filii apud SVETON. in *CLAVD. c. 16.* vocatur. Quod si ergo pater de capite liberorum cognosceret, in consilium adhibebat propinquos atque amicos. Exempla sunt apud VALERIVM MAXIMVM *L. V. c. 8.* SENECAM de *Clement. L. I. c. 15.* QVINTILIANVM *Declam. 3.* SALVSTIVM de *Bello Catil. c. 39.* Vid. NOODT ad *Digest. p. 37.* HEINECCIUS *Syntagm. Antiq. Rom. P. I. p. 127.* Verum enim vero cum postea haec potestas non conuenire videretur statui monarchico, factum, vt in patres extra ordinem animaduertetur, siquidem sine iusta causa occidissent liberos. *l. 5. D. ad Leg. Pompei. de parricid.* Hinc etiam mos inualuit, vt patres apud praefectum vrbi vel praesidem eos accusarent. *l. 2. D. ad Leg. Cornel. de Sicar.* qui vero poenam, quam pater volebat, irrogare iis debebant. *l. 3. C. de Patr. Potestat. l. 13. §. 6. D. de Re militari l. II. D. de liber. et Posthum. hered. inst.* Interim tamen nulla lex ante CONSTANTINVM M. diferte

(2) Sunt equidem, qui putant cum HOBBSIO, etiam in statu libertatis ius vitae et necis non esse denegandum patri, cum superius in eo imperium non adgnoscant liberi. Sed hos minus recte inire rationes, diu inuictis argumentis demonstratum dederunt LOCKIUS et SIDNEVS de *regimine ciuili*, quos imitando expressit BARBEYRACIUS ad *Pufendorfium L. VI. c. 2. §. 10. n. 2.*



diserte inhiuit occidendi licentiam. Hac quoque de  
caussa patres, qui filios filiasque interfecerant, poena le-  
gis Pompeiae de parricidiis ante Constantinum M. non  
fuerunt puniti, donec hic in patrem parricidii poe-  
nam decerneret *l. vii. C. de his qui parent. vel liber. oc-  
cider.* BYNCKERSHOECK *de Iure occidendi liber.*  
*C. IV. p. 173.* DATTIVS *de vendit. liber. p. 13.*

## §. V.

Sed cum minus sit liberos exponere, quam eos  
dem necare, cui plus licere debet id quod minus est. Propenitur;  
quid de ex-  
positione  
infantum di-  
cendum.  
Ita rationes iniiit BYNCKERSHOECK *l. c. C. 19.* Ve-  
rum enim vero si dicendum, quod res postulat, ne  
eti nequit consecutionis filium a iure occidendi ad  
exponendi licentiam. Ostensum est enim clare, sine  
caussa occidere non licuisse patribus liberos, adeoque  
id iis, cum essent Romuli iudicio principes familiae,  
fuisse concessum, quod magistratui competit, scilicet  
potestas animaduertendi in facinorosos. Sed infantes  
primum nati nullius criminis possunt esse rei, adeo-  
que etiam exponi non debebant. Interim tamen non  
defuit huic immanitati color, cum recens natus, nisi  
nutricis opera interuenisset, vulgo homo non habe-  
retur. NOODT *Julio Paulo c. 1. p. 348.* Quamuis ita-  
que Romulus non plane expositionem liberorum pro-  
hibuerit; ramen aliquem impietati finem posuit. Ve-  
tuit enim exponere masculos, nec ex sequiore sexu  
filias primogenitas, nisi ex quinque vicinorum sen-  
tentia monstrosi, debiles, aut insignes ad deformita-  
tem essent iudicati. Quae quidem lex deinde in XII.  
Tab. migravit, sed moribus adeo exoleuit, vt sub  
B impe-



IO CAP. I. DE ALIMENT. A MATRE LIBERIS

imperatoribus ea expositione nihil fuerit frequentius, id quod discimus ex SVETONIO in *Octav. c. LXV. CALIG. c. V. et TACITO L. V. Histor. c. 5.* Conf. NOODT *Julio Paulo c. 2. p. 348.* Estque admodum verosimile primum inhibuisse hanc exponendi licentiam VALENTINVM, VALENTEM et GRATIANVM *l. 2. C. de infantum exposit.* NOODT *l. c. c. 9.* Intelligitur enim in *c. l. 2.* per animaduersionem constitutam poena capitis, cuius mentio facta fuerat *l. 8. C. ad Leg. Corn. de Sicar.* vtraque lex est eorumdem imperatorum, et *l. 2.* exiguo tantum tempore posterior. vid. SCHVLTINGIVS *Iurispr. Anteiustin. p. 315. n. 23.* Licet vero secus sentiat BYNCKERSHOECKIVS, ei tamen satisfecisse videtur NOODTIVS *pecculiar. opusculo de nece et expositione infantum.*

§. VI.

Pater liberos  
agnoscere et  
alere debe-  
bat.

Non solum vero pater liberos maturioris aetatis; sed etiam ipsum partum qui adhuc in utero est agnoscere editumque alere iubetur. *l. 5. pr. et §. 1. D. de agnosc. et alend. liber.* Quod si igitur, immemor huius officii, partum constante matrimonio editum agnoscere et alere nolebat, ex Sceto temporibus HADRIANI condito ad id cogebatur. *l. 3. §. 1. D. eod.* Sed facta diuortio intra XXX. dies marito vel parenti in cuius potestate est, vxor denunciare debet, se ex eo praegnantem esse, et si hic non contra denunciauerit, cautum Sceto Planciano ante HADRIANI tempora condito, vt cogeretur, partum agnoscere, et si non agnouerit, extra ordinem coerceretur. *l. 1. §. 1. et l. 4. eod.* Licet autem vxor omiserit solemnia, quae  
cam



eam ex SCto obseruare oportuit, nihil praedudicatum filio, si filius est, non tantum in iure sui, verum ne in alimentis quidem, secundum diui Pii rescriptum. Potest tamen maritus recusare filium, etiamsi non neget, mulierem esse praegnantem, modo interim, donec scilicet probauerit, eum ex se editum non esse, ei praestet alimenta. *Non enim ferendum*, IULIANVS ait, *eum qui cum vxore sua assidue moratus nolit filium agnoscere quasi non suum*. Sed ridiculum omnino esset, exigere a marito, vt probet partum suum non esse, si constaret, eum abfuisse per decennium (vel etiam breuius tempus) ac reuersum, anniculum inuenisse in domo sua. *l. 6. de his qui vel alien. iur. l. 1. §. 14. de agnosc. vel alend. liber.* Sic etiam si certum sit, maritum aliquamdiu cum vxore sua non concubuisse infirmitate interueniente, vel alia causa, vel si ea valetudine paterfamilias fuit, vt generare non possit, hic qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filius non erit. *c. l. 6.*

## §. VII.

Sed noli existimes, ad patriam potestatem solum esse respiciendum, si de alimentis liberis decernendis agatur, cum ex aequitate charitateque sanguinis haeres descendat. *l. 5. §. 2. D. de agnosc. vel alend. liber.* Vnde etiam pater filium emancipatum alere iubetur. *c. l. 5. §. 1. vbi VLPPIANVS, sed vtrum, inquit, eos tantum liberos, qui sunt in potestate, cogatur quis exhibere, an vero etiam emancipatos, vel ex alia causa sui iuris constitutos, videndum est. Et magis puto, etiamsi non sint liberi in potestate, alendos a parentibus*

Onus alendi ex aequitate deducendum, vnde matri etiam incumbit.



*et vice mutua alere parentes debere.* COLERVS *de aliment. L. 1. c. 5.* SVRDVS *de aliment. Qu. 1. T. 1. n. 22.* Confit inde, etiam matrem cogi posse, ut alat liberos, idque iterum expresse indicat VLPPIANVS *c. 1. §. 3.* Ergo, ait, et MATREM *cogemus, PRAESERTIM VVLGO QVAESITOS liberos alere: nec non ipsos etiam.* Mater enim semper certa est, neque illa latere potest. *l. 5. de in ius vocand.* Qui itaque matre quidem certa, patre vero incerto nati sunt, *spurii* adpellantur, VLPPIANVS *Fragm. Tit. 4. n. 2. ἀνόητος* quasi sine patre filii, quia ab antiquis duabus literis sp. teste PLVTARCHO *Quaest. Rom. p. 316.* signari solebant. MENAGIVS *Anoenit. Iur. Ciu. c. 39.* OISELIUS *ad Caium L. 1. Tit. 4. n. 8.* Cum itaque de horum patre, qui ex vulgiuaga venere sunt procreati non constet, etiam nemo est, qui hoc nomine ad alendum cogi possit.

## §. VIII.

Mater etiam  
liberos vulgo  
non quaesitos  
in subsidium  
alere debet.

Non autem sine ratione scribit VLPPIANVS: *praesertim vulgo quaesitos.* Eo ipso enim indigitat, etiam matrem cogi posse ut alat liberos, licet vulgo quaesiti non sint et patrem habeant certum; sed non nisi in subsidium, patre scilicet paternisque quandoque ascendentibus deficientibus *c. 1. §. 2. eod.* Vnde etiam MARCVS Antoniae Montanae alimenta quae fecerat in filium a patre repetenti ita rescripsit: *Sed et quantum tibi alimentorum nomine, quibus necessario filiam tuam exhibuisti, a patre eius praestari oporteat, iudices aestimabunt: nec impetrare debes ea quae exigente materno affectu in filiam tuam erogatura*

ra



*ra esses, etiamsi a patre suo educatur. Repetit ergo mater recte a patre sumtus alimentorum causa erogatos sed tantum necessarios. Quemadmodum vero expensarum repetitionem habet a patre; ita idem dicendum esse, si liberos locupletes aluerit animo repetendi adfirmat. PAVLVS l. 34. D. de Neg. gest. Quid enim, inquit, si protestata est (mater) se filium ideo alere, ut aut ipsum, aut tutores eius conueniret? Pone peregre patrem obiisse: et matrem dum in patriam reuertitur, tam filium, quam familiam eius exhibuisse: in qua specie etiam in ipsum pupillum negotiorum gestorum dandam actionem Diuus Pius Antonius constituit. Igitur in re facti facilius putabo auiam (erat enim quaestio: an haeredes auiae ab heredibus nepotis alimenta ab hac ei praestita repetere queant) vel haeredes eius audiendos, si reputare velint alimenta, maxime, si etiam in rationem impensarum ea retulisse auiam apparebit. Vanescit enim tunc praesumptio, quod pietate urgente alimenta de suo praestiterit. Sed Imperator ALEXANDER l. n. C. eod. denegat matri alimentorum repetitionem. Alimenta quidem, inquit, quae filiis tuis praestitisti, tibi reddi NON IVSTA RATIONE postulas: cum id exigente MATERNA PIETATE feceris. Si quid autem in rebus eorum utiliter et probabili more impendisti: Si non et hoc MATERNA LIBERALITATE, sed RECIPIENDI ANIMO fecisse te ostenderit: id negotiorum gestorum actione consequi potes. Recte igitur ex hac lege colligimus differentiam inter ea, quae infumuntur ob necessitatem personae ad alimenta, et inter ea quae in res infumuntur, quia illa exigente materna pietate fecit. Frustra proinde*



14 CAP. I. DE ALIMENT. A MATRE LIBERIS

est BRVNNEMANNVS *ad d. l. u. n. 4.* quando alimenta praesumi existimat pietate flagitante et non recipiendi animo facta. Nam hoc casu iusta ratione postularer, vt ei reddantur, cum eo ipso, quod ea repetit, esset elisa praesumptio, quae contra ipsam militabat. CARPZOVIVS *P. 2. c. 10. d. 22.* Idem obtinet, si mater quidem in libro rationum consignauerit impensas, sed non statim a principio ante factam illam consignmentem protestata fuerit. CARPZOV. *h. c. d. 23.*

§. IX.

Alimenta  
filio inopi  
praestita re-  
petere ne-  
quit mater.

Ex eodem fundamento facili negotio decidi poterit illa quaestio: an si filio vel filiae inopi praestiterit repetendi consilio alimenta, ea sibi reddi postulare queat? Nam non audiendam esse eam, disertis verbis rescribit ALEXANDER. Quid? quod licet statim expresse dixerit, se non donandi animo praestare alimenta, tamen ei denegatur repetitio, quia hoc casu praecisa necessitate ad alendam sobolem tenetur. BRVNNEMANN *l. c. n. 12.* In his autem, quae quis facit ex iuris necessitate, frustra protestatur. TVSCHIVS *Concluf. 944. n. 41.* SVRDVS *de Aliment. Tit. VI. Quaest. 9. n. 1.* STRVVIVS *Syntagn. Iur. Ciuil. Exercit. VII. th. 54.* ibique MVLLERVS. Statim itaque antequam praestat mater alimenta liberis, qui ipsi sunt locupletes, indicare debet, se id animo recipiendi facere. Post festum enim venit, si iis iam praestitis, quo consilio ea fecerit declarat.

§. X.



## §. X.

Quod igitur Latii iure tunc primum onus alendi liberos incumbat matri, si nec pater nec paterni ascendentes adfint. *l. 5. §. 2. D. de agnosc. et alend. liber. l. 8. eod.* exinde facile liquet, quia filius licet duxisset uxorem, tamen remanebat simul cum liberis in parvis potestate eique adquirebat omnia, vnde cum hic haberet commodum, onus alendi haud poterat subterfugere. Sed cum matres liberos non haberent in potestate, etiam iis non adquirebant, nec illae his succedebant ex legibus XII. Tabularum quod clare testatur VLPIANVS *Tit. XVI. n. 8. INTESTATI FILII*, inquit, *hereditas ad MATREM ex LEGE XII. TABVLARVM NON PERTINET: Sed si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex Senatus Consulto Tertulliano: Si tamen ei filio neque suus heres sit, quiue inter suos heredes ad bonorum possessionem a praetore vocatur: neque pater, ad quem lege hereditas, bonorumue possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus.* Pertinet hoc ius trium, quatuorue liberorum ad praemia *πολυμυρδιας*, quae in lege PAPIA POPAEA A. V. C. DCCCLXII. lata Augustus concessit ciuibus romanis. Hinc laudatur apud GRVTERVM *p. 531. STATIA IRENE IVS LIBERORVM HABENS, BRVMMERVS ad legem Cinciam c. 14. n. 20. p. 631.* et apud eundem GRVTERVM fit mentio: *ALBIAE FLAMINICAE CVI IMP. IVS COMMVNE LIBERORVM CONCESSIT V. VETRANIVS MAVRVVS de trium liberorum iure*, cuius tamen anxie licet quaestui copiam habere non licuit BRVMMERO: sed ostendit

Ostenditur, qua de causa matri saltem in subsidium onus alendi deferatur.

HEI-



16 CAP. I. DE ALIMENT. A MATRE LIBERIS

HEINECCIUS *Syntagm. Antiquit. Rom. P. I. p. 219. lit. d.* eum facile reperiri potuisse in *Tractatu Tractatum T. VIII.* Ex his ergo inscriptionibus discimus, saepe Caesarum singulari beneficio illud ius trium quatuorue liberorum orbos sterilesque impetrasse. PAVLVS *Sent. L. IV. Tit. 9. n. 9. p. 417.* PLINIUS *L. II. Epist. 13. L. VII. Epist. 16.* Demum IVSTINIANVS *L. 2. C. de iure liber. et §. 5. Inst. ad Sct. Tertull.* plenius iis consuluit voluitque, vt succederent, licet non pepererint, respiciens ad naturam et puerperium, et periculum, et saepe mortem ex hoc casu matribus illatam. Hanc igitur ob causam impium esse credit, casum fortuitum in matris admitti detrimentum. *Quid enim, addit, peccauit, si non plures, sed paucos peperit.* Sed fugit imperatorem ratio, qua motus senatus romanus iis tantum, quae ter quaterue enixae essent, iura successionis dedit. Scilicet praemio aliquo matres inuitandas esse existimauit ad liberorum procreationem atque educationem, vt ita obviam iretur flagitiis foeminarum, quae frequenter abortionibus operam dabant. Vnde IUVVENALIS *Satyr. VI.*

*Sed iacet curato vix vlla puerpera lecto.*

*Tantum ARTES huius, tantum MEDICAMINA  
possunt.*

*Quae STERILES facit, atque HOMINES in  
VENTRE necandos.*

*Conducit.*

WINNIUS §. 4. *Inst. ad Sct. Tertull.* qui simul recte animaduertit, Senatum non fortunam, sed ciuitatis propagationem spectasse, uti et ipsa Lex Papia Pop-paea,



paea, quae non modo coelibes, verum orbos etiam poena affecit, quamvis nihil peccantes, cum nemo diuinare possit, vxorem quam ducit infoecundam fore.

## §. XI.

Est equidem certum, conditum fuisse Adriani tempore Sctum Tertullianum §. 2. *Inst. ad Sctum Tertullianum*; sed consulibus forte suffectis, quorum perii memoria. Interim tamen illud Orphitiano fuisse antiquius constat, quod ideo mirum videtur SCHVLTINGIO in *Iurisprud. Anteiust. l. c. n. 32. p. 668.* quia longe maior ratio liberis deferat bona matris, quam matri bonaliberorum. *Arg. l. 7. de bon. damnat. l. 15. pr. de inoffic. testam.* Sed simul hanc huius rei fuisse causam putat SCHVLTINGIVS, quoniam mater, si velit, pietatis officio per testamentum potest satisfacere, quod saepe liberi per aetatem facere nequeunt. Neque vero ante hoc Sctum successionem matribus a lege fuisse concessam certum esse opinor. Vid. §. X. Locus enim SVETONII c. 19. ad liberationem a tutela pertinet, quod praeclare obseruat SCHVLTINGIVS ad VLP. *Tit. 26. n. 3. p. 667.* Opus tamen porro, vt viui edantur et quidem vel septimo vel decimo mense. Deinde nec tergemini, nec monstrosi aut prodigiosi, nec abacti proficiunt. Sed ex quo euenit, vt Principum beneficio quae nunquam peperissent ius trium vel quatuor liberorum consequerentur, etiam has ad successionem admissas fuisse nemo ambigit. Quum itaque ante Sctum Tertullianum a successione excluderentur matres, facile patet, quare saltem in subsidium alendi onus iis incubuerit.

Disquiritur,  
quo tempore  
et quare con-  
ditum Sctum  
Tertullia-  
num?

C

## §. XII.



## §. XII.

Imo etiam  
post hoc  
Scrum erant,  
qui praeferre-  
bantur matri  
in successio-  
ne libero-  
rum.

Erant tamen nonnulli, qui etiam post Scrum Tertullianum praelati fuerunt matri. Hinc sollicite dispiciendum, qua de causa adhuc ante matrem alendi onus aucto saepius detulerint legislatores. Hic enim filium et nepotes habet in potestate indeque iis succedere nequit mater, quia nihil habent proprii, sed omnia iure antiquo acquirebant patri vel aucto. §. 1. I. *per quas person. cuique acquiritur*. Neque obstat, de peculio castrensi statuere potuisse filium perinde ac si esset paterfamilias. §. 1. I. *quibus non est permiss. fac. test. l. 1. §. 5. D. de collat. l. 2. de Scro Macedon*. Pertinet id ad causas testati, non intestati. Quod si enim intestatus moreretur illud iure peculii occupabat pater. l. 2. d. *de Castrensi Pecul. 10*. Ex his igitur facile patet, filio qui adhuc est in familia, patris succedere non potuisse matrem, sed saltem emancipato, eo tamen seruato ex ipso Scro ordine, ut pater praecederet, §. 3. I. *ad Scro Tertull.* l. 2. d. *ead.* scilicet naturalis non adoptiuus c. §. 15. et l. 3. *ead.* siue manumissor existat heres, siue non manumissori bonorum possessio competat, d. §. 15. l. 10. d. *de suis et legit. hered.* non est nepos, si solus cum matre concurreret. Quod si vero nepos ab aucto fuit manumissus, is propterea tanquam patronus patri, quem retinuit in potestate, praefertur et sic quoque matrem, quippe cui pater adhuc obstat, excludit. l. 5. §. 2. d. *ad Scrum Tertullian. v. VINIVS ad §. 3. I. n. 3.* IANVS a COSTA *ead.* p. 359.

## §. XIII.



§. XIII.

Cum igitur pater in successione matri praefertur, imo etiam dicto casu avus: facile est ad intelligendum, quare etiam eis potius, quam matri incumbat onus alendi. Nam ubi successione emolumentum, ibi etiam alendi onus esse debet. *Arg. pr. Inst. de legit. patron. tutela.* Sed postquam IUSTINIANVS in *Nou. us.* veterem ab intestato succedendi ordinem immutavit et mater simul cum patre succedit liberis, avo vero praefertur: etiam ex adducta ratione matri potius, quam avo paterno incumbere alendi necessitatem nemo non animadvertit. *vid. Cap. II. §. X.* Qua de causa vel vno ictu corrumpunt eorum argumenta, qui ex Legibus Pandectarum hanc, quam tractamus, decidendam esse quaestionem arbitrantur. Eo enim tempore, quo compilatores Pandectas concinnarunt verus obtinebat adhuc succedendi ordo, adeoque ex ratione legis propter emolumentum successione, quod forte sperabat pater avusque alendi onus subterfugere non poterat. Verum enim vero ex quo placuit IUSTINIANO novum stabilire succedendi ab intestato ordinem, deficiente ratione legis, etiam ipsa necessario deficit legis dispositio. Neque contrarium persuadet Doctorum auctoritas, quippe qui ut plurimum contrariam sententiam amplecti solent.

Quare avus  
interdum ma-  
tri praelatus.

§. XIV.

Iam porro indagandum erit, qua de causa ii, qui e damnato coitu nati, ne quidem a matre exigere potuerint alimenta? Clarus ea in re est IMPERATOR

Exponitur,  
quare e da-  
mnato coitu  
nati a paren-  
tibus alimen-



ea petere  
haud potue-  
rint.

TOR Nou. 89. c. 15. et *Auth. Ex complexu C. De Incestis Nupt.* Omnis, inquit, qui ex complexibus (non enim hoc vocamus nuptias) aut nefariis, aut incestis, aut damnatis processerit: iste neque NATURALIS nominatur, neque ALENDVS est a PARENTIBVS, neque habebit quoddam ad praesentem legem participium. Ratio autem huius dispositionis sine dubio est, studium et amor castitatis, quam semper colendam esse existimauit IVSTINIANVS, l. 5. C. ad Scutum Orphitian. vt respectu et cogitatione sobolis suae vnusquisque ad eam obseruandam tanto magis impelleretur. RITTERSHVSIVS de *Different. iur. ciu. et canon. L. I. c. 7.* IDEM ad Nou. p. 4. c. 2. n. 8. sqq. Indignum scilicet iudicauit castitate suorum temporum, audiri nefarios eiusmodi atque damnatos complexus. Sed noua videtur haec Iustiniani dispositio. Nam iure veteri nec his deneganda fuisse alimenta, auctorum probatae fidei constat testimoniis. Liberi scilicet ex tali coniunctione procreati non sunt iusti, sed spurii. l. 1. C. Theodos. de incest. nupt. Non videntur igitur patrem habere, qui ipsos alere teneatur. l. 6. C. eod. Inde etiam CAIVS Frag. L. I. tit. 4. n. 8. Quod si quis, ait, incestas vel nefarias nuptias inierit, nec VXOREM habere videtur, nec FILIOS: nam hi, qui ex eiusmodi conceptione nati fuerint, quamlibet MATREM videantur habere, PATREM vero nullatenus habere censentur, et tanquam si de adulterio concepti fuerint, computantur: qui SPURII appellantur, hoc est, sine patre filii. Sunt enim Spurii, vt §. VII. diximus, qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed talem, quem legibus habere non



non licet. *l. 23. de statu liber.* Liberi igitur vulgo quaesiti matris sequebantur conditionem, *pr. I. de Ingeniis*, adeoque cum patrem habere non intelligerentur, a matre tamen erant alendi per *l. 5. §. 2. D. de agnosc. et alend. liber.* Necare enim videtur non tantum is, qui partum perfocat, sed et is qui abiicit, et qui ALIMONIA negat. PAVLVS *Sent. Lib. II. tit. 24. n. 19.* Quem locum belle explicat NOODT *in Iulio Paulo c. 2.* Sed cum iamdiu Iustiniani aevo effrenis illane- candi exponendique liberos licentia seuere legibus fuerit prohibita; etiam saltem videtur, verbis vtor HVBERI *Digress. P. II. L. 1. c. 3. §. 5. p. 418. ad notandam efficacius facti sceleritatem, naturae necessitudinem praecidere voluisse inter liberos et parentes qui naturam peruertunt; nec decorum censuisse alimentorum petitionem ex lege speciali ei concedere, cuius natales sine execratione* <sup>(3)</sup> *memorari non possunt. Quo minus autem publice alantur etiam sumtu forte an parentum nihil obstare videtur. Proinde nihil heic est aliud quam quod notissimum in iure discrimen habetur inter ius actionis atque officium iudicis vel magistratus, quod*

C 3

omnino

(3) Exaggerat enim IMPERATOR in *Nou. 12.* crimen incestuarum nuptiarum comparatione facta a brutis, quorum quaedam tacito naturae sensu atque instinctu a tali coniunctione abhorreant. Vid. RITTERSHVSIVS ad OPPIANVM *L. 2. de Venatione et ad Nouell. l. c. n. II.* Iphis igitur brutis esse deteriores qui, incesti vetitique conjugii nuptiis sese funestant, adfirmat Imperator. Hinc quoque BALDVVS adserit: *Ius ciuile in tantum amasse castitatem, vt etiam destruxerit paternam pietatem.* Vid. GALLIVS *L. II, Obs. 88.*



*omnino ita fert, ut spuris, incestuosis, adulterinis pro-*  
*libus, eorum qui pessimi auctores exempli se praebe-*  
*runt, impensa iubeat succurri. Conf. MAESTERT.*  
*de Iustit. Rom. Leg. L. II. dubit. 7.*

## §. XV.

An per trien-  
 nium sola ma-  
 ter alere de-  
 beat liberos.  
 Exponitur  
 l. 9. C. de Pa-  
 tr. Potest.

Pergimus ad l. 9. C. de Patr. Potest. Rescribitibi  
 Imperator: *Nec filium negare cuiquam esse liberum Se-*  
*natus consulta de partu agnoscendo, ac denunciati poena,*  
*item praeiudicium edicto perpetuo propositum, et reme-*  
*dium alimentorum apud Praesidem MAIORI TRIMO*  
*PETENTI, nomine eius monstratum, iure manifesto*  
*declarant.* Ex hac igitur lege probare allaborant,  
 matri onus alendi liberos vsque ad tertium aetatis an-  
 num incumbere, ita, ut pater eiusque heres intra hoc  
 tempus ab omni sumtu liberentur. RICHTER P. II.  
 Dec. 88. n. 3. COVARRVV. de Matrim. P. II. C. 8.  
 §. 6. n. 19. HARTM. PISTOR. obs. 97. n. 6.  
 ALPHONS. a CARANTZA de partu natur. et legit.  
 C. 3. §. 3. n. 25. quosque plures adducit COLERVS de  
 Aliment. L. I. c. 6. n. 4. Hinc etiam dicit GLOSSA  
 in C. fin. X. de conuers. infidel.

*Mater alit puerum trimum trimoque minorem,*  
*Maiorem vero pascere patris erit.*

Scilicet non ante triennium mamma depelli solebant (+)  
 infan-

(+) Interim tamen constat Romanos ingrauescente luxuria  
 nutrici lactandos commisisse liberos. Ut enim aliorum te-  
 stimonia silentio praetereamus, notatu digna sunt ea quae  
 eleganter disputat TACITVS de Claris orator. c. 28. De vrbe,  
 inquit, et his propriis ac vernaculis vitis loquar, quae natos  
 statim



infantes. II. *Macabazor. c. 7. v. 27.* CUIAC. L. XIX. *Obs. c. 40.* VLP. *Tit. 16. n. 1.* Facile exinde confit, hoc ad sola lactis alimenta esse restringendum. Reliqua enim pater, quamprimum natus est partus, praebere iure legeque iubetur. *l. 4. et l. 5. §. 1. 7. 10. de agnost. et alend. liber.* Accedit, facile euenire potuisse, vt mater vel triennio nondum elapso decederet, vel haberet lac nullum aut noxium morboe corruptum,

*statim excipiunt, et per singulos aetatis gradus cumulantur, si prius de seueritate ac disciplina maiorum circa educandos formandosque liberos pauca praedixero. Iam primum suus cuique filius ex casta parente natus non in CELLA EMETAE NVTRICIS, sed GREMIO et SINV matris educabatur, cuius praecipua laus erat, tueri domum, et inservire LIBERIS. Ad dit deinde: Nunc natus infans delegatur GRAECILLAE ALICVI ANGILLAE, cui adiungitur vnus vel alter ex omnibus seruis plerumque vilissimus nec cuiquam serio ministerio accommodatus. Vnde etiam PLVTARCHVS de liber. educ. scribit: Quod autem matres quos progenuerint nutrire alereque conueniat ipsa etiam natura demonstrat. Vnicuique enim animantium generi quae pariant idcirco sumit et lactis alimenta suppeditauit. Eius quoque sapientem fuisse prudentiam constat, quae duplices mulieribus mammas addidit, vt si gemellos peperisse contingerit duplices ad alendum fontes haberent. Eadem quoque de causa FAVORINVS apud GELLIVM Noct. Attic. L. XII. c. 1. At tu quoque putas, inquit, naturam feminis mammarum vbera quasi quosdam naeuulos venustiores. non liberorum alendorum sed ornandi pectoris causa dedisse? Plura de hoc themate habent TIRAQUELLVS de Nobilit. C. XX. n. 70. seg. BRANDMYLLER in Manud. ad Ius Canon. verb. matres. ANT. de GVEVARA in Horol. Princ. L. II. c. 23. MICHE. HOSPITAL. L. III. ep. 2.*



ptum, quo sane casu patris sumtu conducendam adhibendamque fuisse nutricem, nemo temere negabit. BRVNNEMANN. *ad l. 9. C. de PATR. POTEST. HAHNIVS ad WESENBECIVM de agnoscend. et alend. liber. n. 4. LAVTERBACH. Colleg. pract. eod. §. 13. MVLLERVS ad STRVVIVM Exerc. 30. th. 75* Hac etiam motus ratione notat COLERVS *de Aliment. L. I. c. 6. n. 4. agi in c. l. 9. de filio legitimo*, quia inseruerint eam compilatores titulo de patria potestate. Quemadmodum igitur in partum nondum natum necessarios sumtus subministrare tenetur pater: *l. 5. d. de ventre in possess. mittend.* ita quoque sine dubio ei, qui iam natus est illa alimenta, quae praeter lac maternum sunt necessaria, subministrare tenetur. FINCKELTHAVS. *Obs. 102. n. u. seqq.*

## §. XVI.

Quaeritur,  
an matri, si  
alio liberos  
competat ad-  
ventitiorum  
vsumfructus?

Quum itaque Iure Romano saltem in subsidium matri imponatur alendi onus, videbitur nonnullis peregrinum et forte iniquum, eidem denegari adventitiorum vsumfructum. Sed salua res est. Iure enim antiquo nihil liberi habebant proprii omniaque patri adquirebant. *pr. l. per quas pers. cuique adquiritur. Dissertatio nostra de dote filiae locupletis c. 7. §. 7.* Adinuenta vero peculiorum differentia patri simul dederunt imperatores, donec viueret, vsumfructum adventitiorum, *l. 6. C. de bon. quae liberis* etsi emanciparet filium retinebat ex CONSTANTINI constitutione *in l. 1. C. Th. de bon. matern.* tertiam adventitiorum partem iure proprietatis et remunerationis gratia, quasi pro pretio emancipationis. Sed Iustiniano duriuscu-



riusculum visum fuit et inhumanum, vt filius rerum suarum ex hac emancipatione dominio pro tertia parte defraudaretur: et quod honoris ei ex emancipatione additum erat, quod sui iuris effectus esset, hoc per rerum suarum diminutionem decresceret. Neque tamen aequum putauit, vt nihil plane remunerationis gratia acciperet pater. Hinc statuit, vt pro tertia parte dominii, quam retinere poterat, dimidiam non dominii, sed vsusfructus iure retineat. *Ita enim, addit, res intactae apud filium permanebunt, et pater ampliore summa fructur, pro tertia dimidia potiturus.* §. 2. *I. per quas person. cuique adquir. ibique VINNIUS n. I.* Et hic quidem vsusfructus saluus est patri, nisi priuilegio specialiter renunciauerit. *l. 6. §. 3. C. de bon. quae liber.* NOODT *de Vsusfructu L. II. c. 4.* Cum itaque pater habet hunc vsusfructum iure patriae potestatis, qua de causa etiam vocatur paternus: facile intelligimus, quare idem aduentitiorum vsusfructus matri, quippe in cuius potestate liberi non sunt, *VLPIANVS Tit. VIII. n. 8. l. 5. C. de Adopt. §. 3. I. de hered. qualit. et different. haud competat.* *SCIP. GENTILIS de bon. matern. C. 6. in f.*

## §. XVI.

Sed mortuo patre filioque nondum e potestate dimisso, is sit sui iuris adeoque pleno iure possidet aduentitia vniuersa. Sed instas, mater alere iubetur liberos in subsidium, nonne ergo aequum, vt eidem etiam debeat aduentitiorum vsusfructus? At verone hoc quidem Iure Romano euenire poterat, vt alendi onus incumberet matri, si haberent liberi bona ad-

Neque obstat, quod mater alere tenetur liberos. Qui si habent bona propria alendi non sunt.

D

uenti-



uentitia. Abunde enim constat ex l. 5. §. 7. d. de agnosc. et alend. liber. non cogi posse matrem hoc caui, vt iis praestet alimenta. Ibi vero VLPIANVS: *Sed si filius possit se exhibere, aestimare iudices debent, ne non debeant ei alimenta decernere. Denique idem PIVS ita rescripsit. Aditi a te competentes iudices alite a patre tuo iubebunt pro modo facultatum eius: si modo cum opificem te esse dicas, in ea valetudine es, vt operis sufficere non possis. Si igitur opificium ita tenuē sit, vel bona, quae habent liberi, non sufficiant, vt se exhibere possint, supplere id cogitur pater, et si hic non adfit, in subsidium mater. Vnde etiam §. IX. diximus, matrem ab ipsis etiam liberis posse reperere eos sumtus, quos fecit animo recipiendi. Quae cum ita sint, facile est ad intelligendum, nihil cautum esse iure ciuili de usufructu bonorum aduentitiorum matri deferendo, cum legis ratio, quae est ius patriae potestatis, exulet, et deinde etiam liberi mortuo patre pleno iure consequantur ea, in quibus lex patri, quamdiu viuit, concessit usufructum.*





CAPVT II.

DE

ALIMENTIS A MATRE LIBERIS  
PRAESTANDIS SECVNDVM  
IVS GERMANICVM.

§. I.

**N**on equidem fert animus de Germanorum potestate in liberos agere sigillatim omnesque eius recensere effectus <sup>(s)</sup>. Quamuis saltem id indicare operae pretium esse arbitramur, eos nefas duxisse, *numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare.* Cuius rei testem habemus locupletissimum

*Ostenditur, ius vitae et necis non habuisse parentes in liberos.*

D 2

(s) Iure Romano antiquissimo liberos res mancipi atque in dominio Quiritium fuisse constat. CAIVS L. 1. T. 6. n. 3. BYNCKERSHOECK *de iure occid. liber. c. 1. p. 145.* Hinc poterant vindicari, l. 1. §. 2. d. de R. v. et iis surreptis locus erat actioni furti. l. 14. §. 13 l. 38. d. de furtis. Patet simul exinde, quare patri seruire dicantur. Vid. NODD R *Prob. L. II. c. 9.* Sed haec omnia Iure Germanico fecus se habent. Licet enim liberi essent in potestate parentum atque partes domus; tamen propterea eos pro rebus non fuisse habitos nouimus. Et licet effectus potestatis Romanorum potestati Germanorum conuenire viderentur; ex horum tamen legibus propterea non erant deriuandi. THOMASIVS *de Vsu Pract. tit. de Patria Potest. c. 2. §. 1.* In multis profecto occurrunt fallaciae non causae vt causae, quod decepti Doctores Romanorum, qui statim nunc adesse putarunt patriam potestatem, vid. ANTONIVS MATTHAEI *ad pr. l. de bis qui sui vel alieni Iur. GYNDLING. in Digestis p. 78. §. 3.*



tissimum CORNELIVM TACITVM *de Morib. German. c. 19.* Id enim egit TACITVS, vt ciuibus suis curate annotaret ea, in quibus potissimum ab eorum placitis abirent Germanorum mores, vnde etiam addit: *plusque ibi BONI MORES valent, quam alibi BONAE LEGES.* Recte propterea est animaduersum a NOODTIO, intellexisse TACITVM Leges XII. Tabul. easque vocasse bonas, non quod essent tales, sed quod meliores essent moribus pessimis postea infecutis. Vid. *Cap. I. §. V.* Licet vero sint, qui TACITVM de matrum feminarumque moribus accipiant, quod non opus fuerit, eas premiis inuitare ad liberorum procreationem, quia scilicet non operam dederint abortionibus easque damnauerint artes, quae Romanorum feminas steriles faciebant. Vid. *C. 1. §. X.* Hos igitur bonos mores vocasse TACITVM existimant, eas vero leges, quibus concesserunt Romani feminis ius trium quatuorue liberorum bonas. Sed nos merito facimus cum NOODTIO. Scribit enim TACITVS: *Numerum liberorum finire, aut quemquam ex* <sup>(6)</sup> *AGNATIS necare flagitium habetur.* Est enim 1) facile ad intelligendum, agnatorum seu natorum nomine non posse venire eum partum, qui adhuc est in utero matris. Igitur TACITVS de iis liberis accipi debet; qui iam in lucem fuerunt editi et ex his

(6) Neque est quare hanc lectionem sollicitauerint LIPSIVS alique. Bene enim iam obseruauit COLERVS, eos liberos, qui post solemnia nuptiarum nascuntur, agnatorum nomine venire eosque ab agnascendo ita fuisse dictos,



his necare quemquam flagitium fuisse adfirmat. Ex quo sane confit, non de abortus procuratione, quomodo enim is, qui iam natus est, posset abigi? sed de iure vitæ et necis locutum fuisse TACITVM. 2) Idem quod de Germanis, de Iudæis quoque memoriae prodidit *Lib. V. Histor. cap. 5. Nam et necare, ait, quemquam ex agnatis nefas.* Sed quis, quaeso, putaret, etiam hæc de abortus procuratione esse intelligenda?

§. II.

Cum igitur quemquam ex liberis necare apud Germanos summum haberetur flagitium; consequens est, ut etiam parentum fuerit, eosdem educare atque alere. Nam necare videtur partum qui ei alimonia denegat. Primo quidem testatur TACITVS *de Mor. Germ. cap. 20. sua quemque mater vberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur.* Ostensum vero est clare *Cap. I. §. XV.* minime placuisse TACITIO civium suorum mores, quippe qui ancillis ad lactandum tradere solebant infantes. Deinde tam mollis et vitiorum illecebris circumseptæ non erat liberorum educatio. *Dominum ac Servum, inquit TACITVS, nullis educationis deliciis dignoscas. Inter eadem pecora: in eadem humo degunt; donec ætas separet ingenuos, virtus agnoscat.* Sic itaque nutriebantur, sic educabantur Germani. Vid. HACHENBERGIVS *in Germ. med. Dissert. V. §. 17.* Hinc apud eos non opus fuit legibus, vel edictis, uti apud Romanos, de partu agnoscendo. Vid. *Cap. I. §. VI.* Seuera enim et sancta erant matrimonia atque spe votoque

Parentum  
itaque erat  
educare libe-  
ros.



vxoris semel tranfigebatur. Vnde iterum TACITVS *l. c. cap. 19. sic vnum*, ait, *accipiunt maritum quomodo vnum corpus vnamque vitam, nec vlla COGITATIO VLTRA, nec LONGIOR CVPIDITAS, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament.*

## §. III.

Vbi viget bonorum communio vtriusque parentis sumtibus alendi liberi.

His expositis facile quiuis intelliget, vtriusque parentum cura educatos fuisse liberos, quamuis ex iure gentium maioris auctoritatis patrem in domo quam matrem fuisse negandum non sit. Vid. GVDNLING *in Digestis p. 78. §. 2.* BEIER *Specim. iur. Germ. L. l. c. 26. §. 29.* Accedit Iure Germanico antiquo obtinuisse inter coniuges bonorum communionem. Vid. *Progr. Nostr. de Vsu Paremiæ Iuris Germanici der Letzte thut die Thür zu in successionem coniugum §. 1. seqq.* Igitur exinde sequitur, etiam ab vtroque parente communibus sumtibus alendos fuisse liberos. Postquam vero in multis Germaniæ prouinciis in vsu esse desit illa bonorum communio: facile patet, hodie communibus sumtibus in iis tantum locis alendos esse liberos, vbi viget etiamnum illa inter coniuges bonorum communio, quæ vero adhuc hodie in multis locis ac prouinciis Germaniæ vsu recepta est, prouti pluribus demonstratum dedimus *in cit. Progr. §. V. seqq.* nec non *in den Rechtlichen Anmerckungen p. 87. seq. et p. 96. seq.* Sed vbi non amplius in vsu est illa bonorum communio, patri quia caput familiæ est, recte imponitur onus alendi liberos et familiam vniuersam, quo etiam nomine dotem accipit ab vxore. Ex his igitur clare patet, iure quoque



que hodierno matrem saltem teneri in subsidium. CARPZOVIVS P. 2. c. 10. d. 16. STRYCK. *Vf. Mod. Pand. Tit. de agnoscendis et alendis liberis. §. 5.*

## §. IV.

Non solum autem legitimos, verum etiam spurios alere debet mater idque iterum, si de horum patre non constat, in subsidium. Iure Romano vulgo quaesiti saltem a matre erant alendi, quia incertum patrem habebant, vel certum quidem, sed tamen eum, quem per leges habere non licebat. *Cap. I. §. VIII.* Idem quoque iure nostro dicendum erit. Quod si enim de patre non constet, nemo adest, qui hoc nomine ad alendum partum cogi possit. PHILIPPI *Vf. pract. Inst. L. IV. Eclog. 64. n. II.* SVRDVS *de Aliment. Tit. 1. Q. 13. n. II.* Sed si pater certus est, huic potissimum incumbit alendi necessitas. Quod igitur Iure Romano saltem de liberis naturalibus, seu ex concubina natis dispositum erat, AVTH. *Licet C. de natural. liber.* in foris Germaniae, quia exulat concubinatus, recte ad eos, qui ex illegitimo coitu procreati sunt, adplicatur, cum ipsa ratio naturalis dicitur, spuriosa patre esse alendos. GAILIVS L. 2. *Obs. 88.* SVRDVS L. c. *Quaest. 10.* FINCKELTHAVS *Obs. 162. n. 9.* CARPZOV. P. 4. c. 27. d. 5. MYNSINGERVS *Cent. 1. Obs. 35.* COLERVVS P. 2. *Dec. 254.* HARTMAN. PISTOR. L. 1. *Qu. 42.* Cum vero pater pauper sit, adeo ut plane liberis prospicere nequeat, tunc iterum in matrem alendi onus deuoluitur, id quod praeiudiciis confirmat

Spurios alie  
mater tan-  
tum in sub-  
sidium.

GAR-



CARPZOV. l. c. d. u. vbi: Vnd wird die gefangene Vettel, wenn sie ihr Kind lebendig zur Welt gebahren wird, darauf selber bedacht seyn, wie sie ihrem Kinde, weil ihr sonderlich uns auch dieses darneben berichtet, daß der mitgefangene Stuprator gar nichts im Vermögen habe, und ihm also unmöglich das Kind zu alimentiren und zu versorgen, Vnterkalt verschaffe. V. R. W.

## §. V.

Onus alendi  
quod matri  
post editum  
partum impo-  
nunt, ad sola  
lactis alimen-  
ta restringen-  
dum est.

Est vero nunc porro indagandum: An Iure Germanico primum triennio elapto patri onus alendi liberis incumbat, siue sint legitimi, siue non? Quamuis vero GLOSSA in *Iur. Prou. Sax. Lib. III. Art. 74.* dicat: *Wisse auch, daß die Mutter die Kinder bis zu drey Jahren ernähren soll:* tamen eius auctoritas nullius momenti erit, quia Glossator dicta sua hausit ex GLOSSA in *Cap. fin. X. de conuers. fidel.* Vnde simul confit, errare eos, qui huic sententiae subscribunt, in quorum numero sunt MOLLER *ad Const. Elect. 27. p. 4. n. 2.* COLERVS *Decis. 176. n. 90.* KLOCK *de Contribut. c. 13. n. 106.* Moris enim erat olim non ante triennium lacte depellere infantes. Igitur hoc ad sola lactis alimenta est restringendum. Sed cum lactis praebitione alimenta liberis necessaria haud absoluantur: pater etiam reliquos sumtus, ex arbitrio iudicis determinandos, soluere debet. FINCKELTHAVS l. c. n. 17. STRYK *Vf. Modern. Pandect. de agnosc. et alend. liber. §. 4.* BERGER. *Resolut. LAVTERB. p. 556. seqq.* Hac ratione moti ICTI Lipfien-



Lipfienfes apud CARPZOVIVM p. 4. c. 27. d. 5. ita pronunciarunt: *Und ift ftuprator die Leibesfrucht, fo bald fie diefelbe lebendig zur Welt bringen wird, auf richterliche Ermäßigung zu alimentiren fchuldig. V. R. W. Et BERGER Oecon. Iur. L. I. Tit. 3. §. 15. n. 1. a Facultate Witebergenfi M. Iun. 1707. ita fuiffe pronunciatum refert: Dafs Beklagter das mit Klägers Principalin erzeugete Kind alsbald von Zeit der Geburt an jährlich fo lange bis es fein Brodt felbft verdienen kan, mit 12 Rthlr. zu alimentiren etc. fchuldig. Quod etiam Iure Magdeburgico cautum fuit Ord. Politic. c. 69. §. 1. ibi: Und foll er die Leibesfrucht, wann fie zur Welt kommen, bis in das 1ste Jahr etc. alimentiren. Quamvis vero RICHTERVS p. 2. d. 88. n. 32. in aduerfariorum militet castris atque exiftimet, tunc primum effe ftupratoris, et matri, et partui prospicere per triennium, fi mater paupertate labore, ita vt infanti lactando vacare nequeat: tamen eo ipfo nihil aliud probat, quam eos ICTOS erroneam amplexos fuiffe fententiam, qui ita pronunciarunt. Potius COLERVS de Aliment. L. I. c. 6. n. 5. ita iudicatum fuiffe teftatur: Diemeil Beklagter fich zum Beyfchlaf, dafs es einmahl 8. Tage vor Weynachten gefchehen, bekennet; So ift er die Frucht, wann fie zur Welt gebahren, drey Jahre bey der Mutter, und folgendes bey ihm oder andern zu verforgen fchuldig.*

## §. VI.

Ex his fimul facile eft ad intelligendum, cui potiffimum parentum educationis cura fit committenda? Quaeritur, cui educationis cura committenda fit?

E



da? Quamuis enim ex regula apud patrem liberi sint educandi; SANDIVS *L. 2. Tit. 8. def. 1.* tamen id a iudicis arbitrio dependet, potestque is, si circumstantiae id suadeant, etiam matri educationem committere. Vnde testis est ANNAEVS ROBERTVS *Rev. iudicat. L. 1. c. 9.* Curiam Supremam Parisiensem saepius et filii et filiae, licet illegitimae, educationem matri *Arrestis* suis adiudicasse. Et apud SANDIVM Suprema Frisiorum Curia, circumstantiis id suadentibus, definiuit; puellam ex illegitimo coitu natam esse educandam apud matrem, ac condemnauit patrem, vt annuatim alimentorum nomine solueret quinquaginta Carolinos, vsque dum adimpleuit puella annum aetatis decimum quartum. Quia eius aetatis puella aliis inferuendo potest sibi victum quaerere.

## §. VII.

Ostenditur,  
non auum  
ante matrem  
ad alendum  
teneri.

Pater igitur alere debet liberos ex illegitimo coitu procreatos, licet in domo matris educentur. Sed si is sit inops et adsit adhuc auus paternus, huic potius quam matri, licet haec habeat, vnde alimenta infanti suppeditare possit, imponunt Doctores alendi onus. COLERVS *l. c. L. 1. c. 8. n. 12.* CARPZOV. *Iurisprud. Consistor. L. 2. d. 243.* STRYK. *Vf. Modern. de agnosc. et alend. liber. §. 3.* Quod si vero hanc sententiam iusta expendamus trutina, eos minus recte subducere rationes, qui eandem amplectuntur, comprehensu non est difficile. Iure enim Romano spurii, quia patrem certum non habebant, etiam sal-

tem



tem a matre erant alendi; sed qui e concubina suscepti, a patre, et si ipse adhuc erat in sacris paternis, ab auo alimenta iure exigere poterant. Filius enim familias nihil habebat proprii, sed pater per eum adquirebat, adeoque etiam hic onus alendi subterfugere non poterat. Sed postquam is exiisset e potestate patris ipsemet etiam alimenta eiusmodi liberis praestare debebat, et si inopia laborabat, ego certe a me impetrare non possum, ut credam, tunc auo, et non matri, incubuisse onus naturalis. Leges enim, quae auo imponunt alendi necessitatem, de iis liberis loquuntur, qui ex iustis nuptiis fuerunt geniti. Quid? quod cum mater liberis illegitimis succedat ab intestato, STRYK *de Success. ab Intest. Diss. I. c. §. 55.* sane eos etiam alere debet; cum is qui commodum sperat, etiam incommodum in se recipere debeat. Et ex eadem hac ratione hodie quoque matris potius esse, quam aui paterni partui illegitimo praebere alimenta persuasum habeo, quicquid etiam ex aduerso disputent Doctores Latii legibus, quarum rationes non expendunt, delusi. CONF. MENCKEN *Dissert. de auo paterno ad praestanda alimenta filio illegitimo non obligato.*

§. VIII.

Quibus ita expositis, facilis erit eius quaestionis decisio: an scilicet de iure hodierno liberis e damnato coitu procreatis mater necessaria quoque alimenta suppeditare teneatur? Quemadmodum vero Cap. I. §. XIV. iam ostensum dedimus, Iure Romano ne a patre

Iure patrio etiam liberis e damnato coitu nati alendi sunt.



quidem hanc petere potuisse alimenta. Simul probauimus tamen, id ita esse accipiendum, ut non iure actionis ea exigere potuerint a parentibus, bene vero officio iudicis iis onus alendi fuerit iniunctum. Cur enim reipublicae vel aliis, et non potius iis, a quibus nati, oneri esse debuissent? Verum enim vero hodie hoc etiam casu recte peti alimenta a parentibus, extra omnem dubitationis aleam positum est. Nam in *Cap. X. de eo qui duxit.* disponit Pontifex: *Sollicitudinis tamen tuae intererit, ut uterque liberis suis, secundum quod iis suppetant facultates NECESSARIA subministrat.* Quamquam autem RICHTERVS ad *Auth. Ex complexu C. n. 21.* et LYNCKIUS ad *Decret. eod. in fin.* in ea sint sententia, casum plane specialem in dicto cap. latitare: inuictis tamen argumentis probatum dedit BOEHMERVS in *Iure Eccl. Protest. eod. §. 9.* dissentientes egregie decipi, cum prorsus non videatur verosimile, decem liberos, quos dicitur adulter cum adultera procreasse, primum post mortem legitimae coniugis intra decem annorum spatium fuisse natos. Potius credendum, aliquos eorum ante mortem vxoris legitimae fuisse progenitos eosque adulterinos, quos tamen omnes alendos esse iubet Pontifex. Neque contrarium probant ea, quae habet INNOCENTIUS III. in *cap. pen. X. qui fil. sint legit.* Iam enim animaduertit BOEHMERVS, saltem referre, non autem probare Pontificem iuris ciuilis dispositionem. Add. STRYK de *succ. Ab Inrest. Dissert. 1. c. 2. §. 58.* et *Vf. Mod. Pand. de agnosc. et alend. liber. §. 6.* GVDELINVS de *Iure Nouissimo L. 1. c. 15.* CARPZ. *p. 3. c. 14. d. u. n. 1.* MENCKEN *Diss.*



*Diff. de aliment. filior. a patre praestand. c. 2. §. 7.*  
**BERGER** *Oecon. Iur. L. I. T. 3. §. 15. n. 13.* qui etiam  
 ita ab Ordine ICtorum Witebergensium responsum  
 fuisse testatur M. Iun. 1699. Cum vero Pontifex cla-  
 re adferat, vtriusque parentis sumtibus alendos esse  
 liberos e damnato coitu natos, patet exinde, minus  
 ex mente Pontificis soli patri imponi alendi onus, nisi  
 fit inops, quo casu omnino matris, quam damnati  
 coitus labe infamavit, solius erit, iisdem praebere  
 alimenta necessaria.

§. IX.

Postquam igitur abunde probauimus, in ma-  
 trem recte deuolui, sed primum in subsidium, alen-  
 di onus: operae nunc erit pretium, eorum etiam  
 opinionem sub iucundem vocare, qui si pater vel  
 mortuus, vel inops sit, attamen eius pater adhuc in  
 viuus sit, huic potius, quam matri, licet habeat vn-  
 de de alimentis prospicere possit liberis, onus alendi  
 incumbere adfirmant. **STRYKIVS** *Vf. Modern. Pan-*  
*dekt. de agnos. et alend. liber. §. 5.* **IDEM** *Differt. de*  
*Iure auor. c. 2. n. 59. seqq.* **TITIVS** *Iur. priv. L. 6. c. u.*  
*§. 20.* **COLER.** *de aliment. L. 1. c. 8. n. 12. 13.* Ad  
 vnum sane omnes prouocant ad *l. 5. §. 2. et l. 8. de*  
*agnosc. et alend. liber.* Sed quia Iure Romano matrimo-  
 nium non liberabat a patria potestate, nepotes mane-  
 bant in sacris aui, indeque ab hoc etiam erant alendi.  
*l. 6. D. de his qui sui vel alien. Iur. sunt.* Sed cum Iure  
 Germanico parentum potestas consistat in officio educa-  
 tionis, ea simul cessat, quando liberi non amplius in-

Negatur,  
 auum ad alen-  
 dos nepotes  
 cogi posse, si  
 mater sit di-  
 ves.



digent educatione. THOMASIVS *de quasi emancip.  
 Germ. §. XI.* Interim tamen quamdiu adulti remanent in domo patris eiusque sumtu viuunt, dubium non est, quin sollicitus ad eius nutum se componere debeant, quam si plane e domo eius exierunt propriamque instituerunt familiam, GVDLING *in Digest. p. 92. §. 7.* eoque etiam casu aduentitiorum vsusfructus merito relinquatur patri, cum non sine incommodo suo filio praebeat, forte etiam eius liberis, alimenta. Ex eodem fundamento vaneunt lites, an solis nuptiis solvatur patriae potestatis vinculum, an vero etiam separata accedere debeat oeconomia? Sunt enim filii ex regula ea aetate cum ineunt matrimonium, vt rectura parentum, quae cum coercitione est coniuncta, non amplius opus habeant. Imo non nisi rarissime continget, vt filii nuptias ineuntes maneant in domo patris de eiusque victitent quadra, quin potius separatam instituant oeconomiam exigantque a patre, vt iis restituat aduentitia vniuersa. THOMASIVS *l. c. §. 49. 50.* Hoc itaque facto, frustra quaeritur: an auus teneatur alere nepotes, si pater vel labore inopia, vel nullis relictis bonis decesserit. Certe enim cum ex bonis aui non amplius alimenta accipit, sed liberam suarum nactus est administrationem, eius quoque erit alere liberos. Quod si igitur id facere nequeat, nemini potiori iure imponendum erit alendi onus, quam matri, quippe in cuius viuo patre eoque mortuo sunt manentque potestate. LEX WISIGOTH. *L. 4. tit. 2. §. 13.* et sic quoque vi huius potestatis alere debet eosdem. WERNHER *obs. 134. n. 9.* HILLIGER *ad DON. L. 12. c. 4.* STRVVIVS *Exerc. 30. th. 75.*



LAVTERB. Colleg. Theor. Pract. de agnosc. et alend.  
 liber. th. 14. SANDIVS L. 2. tit. 8. def. 3. Qui  
 omnes admittunt, matrem tunc statim alimentis  
 praestandis esse obnoxiam, cum pater ipse liberis  
 prospicere nequeat.

## §. X.

Qua etiam de causa cum hac de re an. 1715. lis in- Idque proba-  
 tur praejudi-  
 cio.  
 cideret, hanc sententiam calculo suo adprobarunt in  
 Leuterationis Instantia ICTi Francofurtenses. Casus  
 erat: Titius duxerat uxorem atque separatam insti-  
 tuerat oeconomiam; sed bonis lapsus liberis non am-  
 plius alimenta praebere poterat. Hinc mater pete-  
 bat a focero, ut eos aleret. Sed hic negabat, se te-  
 neri, quamdiu ipsa haberet bona, quae alendis liberis  
 sufficerent. Lite igitur ad iudicem delata, is pronun-  
 ciauit: *Daß weil Implorat in seiner Litis Contestation  
 gestanden und einräumen müssen, daß sein Sohn oder  
 Implorantin Ehemann dergestalt in Abfall der Nah-  
 rung kommen, daß er sich hat absentiren, und sein  
 Vermögen seinen Herren und Frauen Glaebigern in  
 Concurproceß überlassen müssen, ihn hingegen Gott  
 mit Vermögen gesegnet; so ist er auch als Groß-  
 vater väterlicher Linie alles Vor- und Einwendens  
 ungeachtet, die der Implorantin mit seinem Sohn  
 erzeugte unerzogene 5 Kinder, bis sie sich selbst er-  
 nähren können, entweder selbst zu erziehen und zu  
 alimentiren, oder zu deren Unterhalt und Erzie-  
 hung, und zwar vor die beyden Söhne jährlich 60.  
 Rthlr. vor die 3. Töchter aber gleichergestalt jähr-  
 lich*



lich 60. Rthlr. der Implorantin gestalten Sachen und vorhandenen Umständen nach richtig zu bezahlen schuldig. Sed in Leuterationis Instantia ICti Francofurtens 1716. die 6. Nov. sequenti modo pronunciarunt: *Es erscheinet nunmehr aus den Acten und der Partheyen Einbringen allenthalben so viel: Würde Leuterant und Beklagter beweisen, daß sein Sohn Titius oder Leuteratin vorjetzo in dem Stande sey, ihre Kinder selbst zu erziehen, so ergienge alsdann in der Sache ferner was recht ist. V. R. W.*

*Rationes Decidendi.*

*Es hat Gott oder die Natur denen Eltern, so wohl dem Vater als der Mutter, einen sonderbahren Trieb ihre Kinder zu erziehen, und mit nöthigen Lebensmitteln zu versehen, eingepflanzet, und dadurch ienen absonderlich mitgegeben und anbefohlen, daß sie diese aufzuerziehen verbunden seyn sollen, pr. I. de I. N. G. et C. I. l. 1. §. 3. ff. de I. et I. l. vn. verf. fileat. C. de rei vxor. act. ibi: cum ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortetur. Dieser ihnen von Gott anbefohlenen Pflicht können sich die Eltern nicht entziehen, viel weniger einem andern solche aufbürden, so lange sie sich auch nur noch einigermaßen im Stande befinden, die Ibrige nothdürftig zu versorgen, arg. l. 5. ff. de agnosc. et alend. lib. l. 9. C. de potest. Vor angeregte von der Natur verordnete Rechte haben Kayserliche beschriebene Gesetze nicht allein confirmiret, sondern auch verordnet, daß vornämlich*  
*der*



der Vater das onus alendi liberos auf gewisse Masse allein tragen und über sich nehmen solle. l. 5. §. 1. ff. de agnosc. et alend. liber. Dergestalt und also, daß die Mutter etwas zu contribuiren, so lange der Vater im Stande, nicht verbunden. Arg. l. 34. ff. de Neg. Gest. l. 14. C. de Iur. Dot. Wann aber der Vater verstorben, oder in einen solchen elenden Zustand verfallen, daß er nicht mehr vermögend, seine Kinder zu ernähren, auf diesen Fall ist die Mutter, wenn sie vermögend, mit alimentis sie zu versorgen obligiret, d. l. §. 2. 4. 14. CARPZOV. P. 2. C. 10. D. 19. et P. 3. C. 26. D. 15. n. 5. STRVV. Exercit. 30. n. 75. und nicht der Großvater von Rechts wegen, und ist diesem nicht entgegen d. l. 5. §. 2. l. pen. ff. de agnosc. et alend. liber. welche da wollen, daß der Großvater von Vaterswegen seine nepotes und nepotes mit nöthigen Unterhalt versehen solte, dahero einige von denen Rechtsgelehrten die Mutter, wenn sie auch gleich vermögend, übersehen, und das onus alendi dem Großvater aufbürden; allein die Sache hatte damahlen bey denen Römern eine gantz andere Beschaffenheit, als wie heutiges Tages bey uns, denn wenn gleich ein Sohn, so in seines Vatern Gewalt stunde, sich verheyrathete, so blieb er, wie auch alle von ihm erzeugete Kinder, in der Großväterlichen Gewalt, kraft welcher alles dem Groß- und nicht dem Vater acquiriret wurde, weiln nun einer das commodum hatte, so mußte er auch das onus alendi nepotes tragen. Allein wenn die Söhne bey uns, wie bekannt, heyrathen, so pflegen sie ordinair sich zugleich von des



Vatern Tisch, durch Anstellung eigener Haushaltung, zu scheiden. Durch welche Separation sie von aller väterlichen Gewalt befreyet werden, dergestalt, daß ihre Kinder einzig und allein ihrem Vätern, nicht aber dem Großvater acquiriren. STRVV. Exerc. 3. §. 68. Dakero auch allein der Vater seine Kinder erziehen und verpflegen muß, wenn aber dieser in Abfall seiner Nahrung dergestalt gerathen, daß es nicht mehr in seinem Vermögen stehet, die Seinigen zu versorgen, alsdenn ist die Mutter, wann sie vermögend, und nach dieser der Großvater von Vaterswegen das onus alimentandi über sich zu nehmen verbunden, l. 5. §. 2. 4. 14. ff. de agnosc. et alend. liber. l. 11. C. de Neg. Gest. l. 1. §. 3. de l. et l. l. vn. §. 5. ver. fileat. C. de rei vx. act. HILLIG. ad DON. L. 12. c. 4. STRVV. Exerc. 30. §. 75. LAVTERB. in Colleg. Theor. Pr. de agnosc. et alend. liber. §. 14. Weilen nun Leuterant fol. act. einigermaßen bescheimiget, daß sein Sohn, wie auch Leuteratin, vorjetzo noch in dem Stande sey, selbst ihre Kinder nothdürftig zu alimentiren, dagegen aber das contrarium zu präsumiren, indem Leuterant in actis zugestehen muß, 1) daß sein Sohn ausgewichen, 2) daß er alles seinen creditoribus überlassen, und also 3) in einen miserablen Zustand verfallen, diesemnach haben wir dem Leuteranten den Beweis, wie in dem Urthel enthalten, auferleget. l. 8. §. 9. 14. ff. de Probat. CARPZ. in Proc. tit. 13. art. 1. n. 16. LAVTERB. in Colleg. Th. Pr. de Probat. §. 46. Quamvis vero deinceps Leuterationis remedio interposito, prior sententia fuerit confirmata, decisio tamen ex legibus



legibus romanis fuit petita, quae vero ob manifestam rationis disparitatem adplicari nequeunt. Accedit, quod mater ab intestato non solum succedat liberis, sed auo etiam indistincte praeferatur. *Nov. 118. c. 17.* Ex quo confit, etiam in onere educandi eam auo esse praeponendam, cum eadem ratio, quam supra inculcauimus, hoc quoque casu adsit, quod scilicet vbi successione emolumentum, ibi etiam onus alendi esse debeat.

## §. XI.

Quod si igitur in subsidium imponitur matri alieni onus, elegans exinde oritur quaestio; an etiam tunc aduentitiorum sibi Iure Germanico vindicare possit vsusfructum? Putat CARPZOVIVS *P. 2. C. 10. D. 13.* recte illum denegari matri, quia 1) liberos non habeat in potestate, cum tamen patri vi huius potestatis competat vsusfructus, 2) pro Iuris Romani receptione, quod soli patri eam adscribit, sit praesumendum, donec id expressa sanctione fuerit abrogatum. Cum autem hanc CARPZOVII sententiam confutasset RICHTERVS, eam denuo stabiliiuit CARPZOVIVS *Respons. L. 6. Tit. 7. Resp. 70. n. 4. seq.* suaque demum auctoritate effecit, vt in Electoratu Saxoniae per *Dec. 62.* fuerit adprobata. Sed RICHTERVS *Dec. 18. n. 12. seq.* iterum noua CARPZOVII profligauit argumenta. Decepit CARPZOVIVM intolerabilis error, quasi Ius Romanum pro regula sit receptum in foris Germaniae, quod tamen ab omni veritate alienum est, quod peculiari opera ostendimus

Quaeritur:  
an matri si  
alio liberos,  
competat ad-  
uentitiorum  
vsusfructus?  
idque adfir-  
matur.



*in Programmate de Actionibus poenalibus Romanorum in Germania non receptis.* Hac igitur ratione motus credit, patriam potestatem Romanam simul esse receptam, et cum ea matri adferri nequeat, ab hac vero dependeat aduentitorum ususfructus, etiam ei hunc adscribi non posse. Sed matri aequae, ac patri competuisse Germanorum placitis in liberos eam potestatem, quae gentium moribus est recepta, §. IX. probatum dedimus. Vid. THOMASIVS de *Vsu Pract. Doctrinae Inst. de patria potest.* c. 2. §. 13. BEYERVS *Iur. Germ. L. 1. c. 26. §. 29.* Quod etiam ZIEGLERVS in *Praefat. Notar. ad GROTIUM* dudum animaduertit. Sic igitur, inquit, effectus omnes e. g. patriae potestatis, moribus Romanis introductae, MATRI DENEGABIT, quia scilicet matrem in POTESTATE liberos habere noluit respublica ROMANA. At vero non amplius inter Romanos scribere oportuit legem, sed inter eos populos, QUI DVCTVM NATVRAE secuti utrique parenti eandem deferunt POTESTATEM, idem IMPERIVM, nisi quod in contentione Imperiorum PRIMAS relinquunt PATRI. Cum itaque utrique parentum adscribenda sit potestas, ab hac vero dependeat aduentitorum ususfructus: nemo non videt, matri, mortuo patre, ex eodem etiam fundamento competere aduentitorum usumfructum. Debet enim alere liberos, idque vi potestatis ipsi competentis, indeque emolumenta ei haud sunt deneganda. Suboluit hoc RICHTERO; interim tamen non potestatem in liberos adscribere ausus est matri. Videtur, inquit, quod HODIE MORIBVS SAXONICIS tam PATRI, quam



*quam MATRI magis ex REVERENTIA et aequitate propter QVNS EDUCATIONIS et ALIMENTATIONIS, quam IVRE PATRIAE POTESTATIS ususfructus tribuatur.*

§. XII.

Quae cum ita sint, comprehensu non est difficile, <sup>Exponitur</sup> in IVR. PROV. SAX. <sup>IVS PROV. SAX. Lib. I. Art. II.</sup> Lib. I. Art. II. ad hanc potestatem matri competentem respici, ibi enim: *Hält ein Vater seine Kinder in Vormundschaft nach ihrer Mutter Tode, wann sie sich darnach von ihm scheiden, er soll ihnen lassen und geben alles ihr Muttergut, es sey ihm dann von Unglück und ohne seine Schuld abgegangen. Dasselbige soll das Weib den Kindern auch thun, ob ihr Vater stirbet, und ein ieglich Mann der der Kinder Vormund ist.* Idem sane hiciuris, quod patri, etiam adscribitur matri, vt itaque is inepte ageret, qui in re clara noua sibi formaret dubia. BEYERVS *Spec. Iur. Germ. L. I. c. 26. §. 70.*

§. XIII.

Coronidis loco adiciamus dispositionem IVRIS <sup>Explicatur</sup> PROVINCIALIS <sup>ORD. POL. MAGD. C. 42. §. 2. et 3.</sup> MAGDEBVRGICI in *Ordinat. Polit. C. 42. §. 2. et 3.* vbi: *Bey der Erziehung und sonsten soll die väterliche Gewalt allerdings in ihren Kräften bleiben, und vermöge derselben der Vater ohne der Obrigkeit Special Confirmation und Vorstand, sich der Fruchtneßung in seiner Kinder mütterlichen und andern ererbten Gütern anzunassen haben, bis dieselben*



46 CAP. II. DE ALIM. A MATRE LIBERIS ETC.

zu ihren Jahren kommen: eigene Haushaltung anstellen und sich dadurch von Vater sondern etc. Nach Absterben des Vaters aber, soll weder der Mutter, vielweniger nach der selben tödtlichen Hintritt der Großmutter die Fruchtnießung in bonis liberorum aduentitiis zukommen. Soli igitur patri adiudicatur aduentitiorum vsusfructus, id quod sine dubio exinde factum, quia auctor huius Capituli cum CARPZOVIO credit, quasi vsu sit recepta apud Germanos patria potestas Romana adeoque mater ad vsufructum, cum potestatem non habeat in liberos, admitti nequeat.

F I N I S.





ULB Halle

3

001 941 062



TA-02





















960  
D. CAROLI GOTTLIEB KNORRII  
ICTI  
POTENTISSIMO PRUSSIAE REGI A CONSILIIS INTIMIS,  
REGIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS ET  
FACULTATIS IVRIDICAE  
ORDINARII

1795  
216  
DISSERTATIO  
DE  
ALIMENTIS  
A MATRE  
LIBERIS PRAESTANDIS.



HALAE SALICAE  
RECUSA IMPENSIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI  
C1D1DCCLVI

(6)